

ABRAHAMVS LESCHERVVS IVRE CONS VLT V S.



Abrahamus honestis parentibus apud Saxones natus, & à teneris annis in omni genere litterarum educatus est. Is cum prima artiū & lingua rum rudimenta in patria percepisset, sese hinc inde ad uarias academias contulit, atq; in primis Vuitte berge, deinde Basileę diligentem operam Philosophie & Poëtice nauauit. Postea quoq; Iurisprudētiæ incubuit, atq; sua eruditione effecit, ut Legum Doctor crearetur. Itaq; factum ut ob uariam renū doctrinam ad Imperialis Cameræ iudicium Spirā peruererit, atq; sua industria omnibus innotuerit. Vertit Abrahamus Pausanię de tota Græcia libros decem in sermonem Latinum, atq; Basileę 1550 edidit. reddidit præterea libros regum ueteris Testamenti carmine, atq; Ieremiæ lamentationes elegiaco expressit. Cōposuit uaria Epicedia atq; Epithalamia, ita ut ob multiplicē eruditionē omnibus gratissimus extiterit, atq; ingenij sui monumenta posteritati egregiè declarant. Con. Lycosth.